

1516. reg 20 86ns.

1515

537

1516

Donatio Testamentaria, Andree
de Koscielce Regni Thesaurarij con-
firmatur —

136

In nomine Domini Amen —

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigis-
mundus Dei Gratia Rex Poloniae nec non
Terrarum Cracovie, Sandominie, Siwardie,
Lanciae, Cujaviae, Magnus Dux Lithuaniae,
Rusie, Prussiae, Culmensis, Elbinger-
gerae, et Pomoraniensium Dominus et Haeres
electus Significamus tenore presentium, uni-
versis presentibus, et futuris, presentium
Literarum notitiam habituris —

Quia cum Magnus Andreas
de Koscielce Castellanus Woynicensis, et Re-
gni nostri Thesaurarius, superioribus his
diebus Viennam nobiscum ab Imperiali sede
egressus, in itinere huc redeundo, gravissimo
dissinterico correptus esset, ac indices eo
ipso morbo inalescente, viribus corporis
se destitui cerneret, Volens salutem animae
suae prospicere, si mortis periculum adesset.

accessit ad

accessit ad se, his quorum Consilio uti
voluit, in ordinandis rebus suis, quaeque
suprema sua voluntas esset, De omni-
bus bonis mobilibus, et immobilibus, re-
linquendis et dispensandis, ad id tandem
post eam Deliberationem devenit, quum
Dolore se urgente habere potuit, ut inter
cetera, quo testamento fieri ordinavit, et
fecit, id etiam summam animi sui constan-
tiam adijceret, quod post mortem ejus, ex vi
praedicti testamenti, accessit viris probis
et Doctis, tam Theologicis, quam Canoni-
cae professionis per nos examen fieret, De
bonis nostris, quae in certis pecuniis summis
et a nobis, et a nostris antecessoribus Re-
gibus Poloniae, ipse, et Pater ejus, tenuit
ascripta, et obligata, quantum sub eo tem-
pore, ex eis perceperit, et quod ex hisdem
bonis, usurario Contractu, in ejus usum ces-
sisset, ideo ipse examine, De summis as-
criptis Diminueretur, ne anima sua pro-
pterea Detrimentum patiatur, Nos itaque
adhibitis utriusque Scholae praedictae Vi-
ris probis et Doctis, recensitisque annis
transactis, quibus praedicta bona nostra

apud Jp su

apud ipsum Andream De Kosuelec The-
 :saurarium obligata fuerunt. Deprahen-
 :dimus Berceptorum Summam, ad eum
 excrevisse numerum, ut omnia predicta
 bona, non solum libera nobis Dimidi De-
 :berent, sed etiam aliqua Summa super-
 :esset, per Successores ejus nobis solvenda.
 Quia tamen ex alia parte, fides Ejusdem
 Andree Thesaurarij, meritaque ipsius
 eum tantoperè nobis fecerant commen-
 :datum, et gratum, ut non solum id ei quod
 ex bonis nostris obligatis perceperat, re-
 :mildere et Donare vellemus, sed etiam
 multò pluribus alijs bonis, Eum, et Suc-
 :cessores ejus augere, et cumulare si vive-
 :ret cogitaverimus. Cum tamen Deo ita
 volente, nullà ejus prole virili superstite
 excesserit, irita, ut apud posteros, gratie
 nostre memoriam, quã eum, ob ejus erga
 nos fidem singularem, et cuncta merita
 prosecuti sumus, testatam relinquamus
 simul etiam, ut majorum ejus meritum
 extet vestigium, qui de majoribus nostris
 bonè mereri studuerunt, in bello Ehrute-
 :nico, contra Cruciferorum Ordinem, stre-

strenuè et sumptuose militando, tum etiã
ut Fratrem Ejus Germanum magistru[m] Sta-
nislau[m] De eadem Vagueloc, Balatinu[m]
Junioladislaviens., et Capitaneum Flavia:
-burgens., ad Fratris vestigia sectando
invitemus. Relictis nobis ex prædicto
examine his Summis quæ in Oppido
Schlumniki, et Villis Lantkowitz et Ra-
-kowitz, hinc in Territorio Cracoviens., sitis.
Supràdicto Andree Thesaurario ascri:
-ptæ erant. 13. videlicet millium 771. flo.
-renor[um] Hungaricalium, in auro, boni
auri et Justo ponderis, et 2480. florenor[um]
in moneta currenti, in Regno nostro So.
Prossis quemlibet florenum computando,
Reliquam Summam in Castro et Oppido
nostro, Bydgostia, et aliis Oppidis Gniew:
-kow, cum Advocatia Fordan, et Scholec
ac Villis ad ea antiquitus pertinentibus
ascriptam prædicto Stanislao Balatino
Fratri Germano Andree Thesaurarij, Do:
-mandam censemus, et tenore presentium
literarum Donamus. Quammodum aliis
etiam Literis ejusdem Donationis mentio:
-nem fecimus, quibus Testamentu[m] prædictu[m]

pro major

pro majori rei certitudine, et testimonio iu-
 veri iurimus. Et ut Ipse Stanislaus Ba-
 latinus, sine ullo conscientie scrupulo
 predictum Castrum et Oppidum Bydgo-
 stiam, cum aliis Oppidis et Villis ad ea
 pertinentibus, possidere valeat, Ipsu Ca-
 strum et Oppidum Bydgo stiam, cum
 aliis Oppidis et villis ad ea pertinentibus
 eidem Stanislao Balatino, pro ea ipsa
 Summa Tredecim millium, Septingentor
 Septuaginta unius florenorum Hunga-
 ricarum in auro justiponderis, venqu
 auri, et pro 2480 florenis in moneta ven-
 didimus, et tenore presentium literarum
 vendimus, perpetua venditione in vim re-
 demptionis, atsi Naviderlow, id est ut no-
 bis et Successoribus nostris, predictu Ca-
 strum et Oppidum Bydgo stiam, cum a-
 liis Oppidis et Villis ad ea pertinentibus
 ab eodem Stanislao Balatino, et Successo-
 ribus Eius, quando unquam voluerimus pro
 eadem Summa 13771. florenorum Hunga-
 ricarum, in auro veri auri et justiponde-
 ris emere liceat, et Ipse pro ea ipsa Sum-
 ma, et Successores Eius, nobis ea vendere De-

bebund.

videre Debebunt, et tenebuntur. Per Ippum
Stanislaum Galatinum, et successores ejus
Castrum et Oppidum Bydgostiam, cum
predictis aliis Oppidis Inyewkoro, cum ad-
vocatiis Fordan, et Scholecz) et villis ad
ea pertinentibus, cum omni Jure, Dominio
et proprietate, et cum exactionibus Duorum
Grossod, alias Goralduo, omnium Villar spi-
ritualium et secularium, totius Districtus Bid-
gostiens, et cum omnibus Exactionibus seu
tributis, frumentalibus, et pecuniariis ex Mo-
nasteriis Tremesne et Mogilne, cu Contributione
Sex Grossod, in medijs Grossis, alias
Sepue nunciatis provenientes, et cu The-
loniis Terrestribus, et acquitaco in Fluvio
Beda, per Remmum Fratrem nostrum Re-
gem Albertum instituto, et cum omnibus
Proventibus, fructibus, et redditibus univer-
sis nihil excipiendo, tenendum, habendum,
uti fruendum, et quiete possidendum. In
cujus rei testimonium, Sigillum nostrum, pre-
sentibus Literis est appensum. Actum
Cracovie Sabbato in Festo Translationis
Sancti Adalberti. Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Decimo Sexto Quinto pontif.

DD